



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Patientiae bona sunt sex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

**CHRISTIANA**

*Hab. 6  
2 Cor.  
3 Cor.  
1 Cor. 11*  
Patientia uestra possidebitis animas uestra  
Patientia est custos , & radix omnium  
uirtutum . Ideo dicitur radix , qui  
sicut radix plantam portat cum ramis  
suis , & in fructu , ita patientia ponit  
omnia onera , quæ sibi imponuntur .  
**Tertio** , quia ualde efficax est ad qua-

rendum cælum . Hieronymus . Non  
nisi patientia impletur quod dicitur  
regnum cælorum uim patitur , & m-

*Mat. II.  
Matt. 10  
d. amit.*  
lenti rapiunt illud . Vnde cum in aliis  
beatitudinibus fiat promissio in fu-  
ro , patientibus tantum in prese-  
- Matt. Beati qui persecutionem pati-  
tur propter iustitiam , quoniam ipso-  
rum est regnum cælorum . Tertium  
incitamentum est , bona quæ expe-  
tientia oriuntur . Sed de hac matre  
require in sequenti capitulo . ubi  
sex notantur .

*Patientiae bona sunt sex .*

*Prov. 25*  
**P**rimum est , quia iram dei & pri-  
ximi mitigat . Prou. 25 . In pa-  
tiētia lenietur princeps , lingua  
mollis confringet duritiam . Prou . Vi  
iracundus prouocat rixas , qui au-  
tem patiens est mitigat suscitatas . Se-  
cundum est , quia hominem quasi ma-  
tyrem facit . Gregorius . Sine fero-

uel flammis martyres esse possumus,  
si patientiam in animo ueraciter con-  
seruamus. Tertium est, quia patientia  
sapientiam hominis probat. Prou. Do Pro. 19  
strina uiri per patientiam noscitur.  
Prou. Qui patiens est multa gubernat  
tur sapientia. Gregorius. Tanto quis  
ostenditur minus doctus, quanto mi-  
nus patiens conuincitur. Quartum  
est, quia ipsam animam perficit Iac.  
Patientiam opus perfectum habet. di-  
cit Glossa. Cuius patientia non uinci-  
tur, perfectus probatur. Gregorius. Grego.  
De patientia perfectio nascitur, quia  
patientia uitam hominis feliciter co-  
sumat, & facit ne uir iustus in tormentis  
deficiat. Quintum est, quia demo-  
nes fugat. Exemplum habetur de  
quodam eremita, quod cum quidam  
homo malo spiritu arreptus, eum  
fortiter in maxilla percussisset, & se-  
nex mox alteram praebuisset, diabo-  
lus statim recessit. Sextum est, quia  
regnum cælorum parat. Matt. Beati  
qui persecutionem patiuntur propter  
iustitiam quoniam ipsorum est  
regnum cælorum. Et Augu. Pacificus  
homo consortium merebitur angelo  
rum. Inuidus autem particeps efficitur  
demoniorum. Bernar. Quāto quis for-  
tior fuerit ad iniurias sustinendas, tam  
potentior constituetur in regno.

Matt. 5.

Augus.

Bernar.